



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. X. Tempori. Magis magisque. Scuta proiecta. Emaculata fragmenta  
Sisennæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

torum auctoritatem niti, suspicio adhefit, fortean  
 um fuisse:

*Sed quis est isthac muliercula & illic rauus: ellus qui  
 venit.*

rauus cui canitie caput iam interspergitur, vnde ra-  
 um lupam Horatius dixit pro cana: & Varro, oeu-  
 raus: pro glaucis siue cæsis. Ellus δευτηριον est,  
 in Terentio:

*Nescio qui senex modo venit: ellum, considens, catus.*  
 ad quem locum operæ erit videre, quæ notarit Do-  
 ctas. Hanc tamen cōiecturam meam vt veram ef-  
 fe non præsto: ita fraudi mihi apud viri bonos &  
 auditos futurum non spero, quid mihi leuiter vi-  
 detur indicasse.

## CAPVT X.

*Tempori. Magis magisque. Scuta proiecta. Emaculata  
 fragmenta Sisenna.*

In L. Sisenna magnam iacturam fecerunt Roma-  
 ni litteræ, non solum historiæ causa, qua vicit om-  
 nes superiores: sed etiam linguæ ipsius, cuius bene-  
 rarum fuisse & Cicero testatur & indicio sunt fra-  
 gmenta quasi gustus cuiusdam causa relicta nobis in  
 libris Grammaticorum. In iis hæc obseruabam.

Nonius in Manipulis.

*Sisenna lib. III. Coniunctus tamen & tempora singula con-  
 stituit, & manipulos sicut stetera obuerti iussit.*

*Tempore, & tempore signa constituit e. m. s. steterant.*  
*Tempore sæpè idem quod numero & celeriter. Ru-  
 dente: Vigilare hominem oportet, qui sua vult tempore con-  
 sere negocia.*

## In Discedere.

*Sisenna Histor. IV. Armata dextra ducti magisque  
latitudinem discedunt.*

Scribendum, *Armata d. d. magis magisque in Latitudinem.* Elegans ea geminatio, & frequens optimoque scriptorum veterum. Ad quod exemplum Jularia Plautus vsitavit, plus plusque: minus minusque.

*Plus plusque isthuc sospitent quod habes. Et:*

*At ille vero minus minusque impendio*

*Curare minus, que me impertire honoribus.*

Itaque haec scio anne exciderit vocula apud Terentium Eunuchus.

— & quia consimilem luserat

*Tam olim in ludum, impendio magis animus gauderet mihi.*

Scribendumque sit, *impendio magis magisque.* Et eam lectionem neque numeri excludit, & sententia proprie flagitat. Sed ad Sisennam redeo.

Macrobius Saturnal. VI. IV.

*Sed & Sisenna in secundo dixit. Et Marsi proprias dunt, atque ita scutis proiectis tectis saxa certantia manibus coniciunt in hostes.*

Corrigo, *scutis proiectis tectis saxa certantia lecta manibus.* Proiecta scuta dixit obtenta & obiecta ictui hostium & ita accepisse Macrobius docet versus Virgilii *iecto dum pede laqueo aptat se pugna.*

## CAPVT XI.

*Oram orationis adhibere. Ora pro rei initio.*

*Miles Plauti emendata.*

MILITE, Scena Mihi ad enarrandum.